Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37914
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv

visitatores · Et ad huiusmodi scrutinium si quod absit
temptatum fuerit / Nec affirmative nec negative respondere
debet sed dicere et unde tenet et debet ille a quo
sit tale scrutinium · vade sathana · talis scrutacio · seriose
est prohibita fieri / Item · nullus denique tractata vel trac
tanda in hac visitacione alicui vnquam huius monasterii persone
non professe vel professo voce in talibus non habenti reuelet /
demptis futuris visitatoribus cum fidem vel maiore auctoritate
venturis ·

¶ In tercio siue ultimo actu seu parte huius actus visita
cionis iure · primo tradende sunt ordinaciones prout
communi bono in spiritualibus et temporalibus monasterio videtur
esse necessarium / verbalibus dumtaxat iniunctionibus
seu prohibicionibus · Vel factis et operibus relinque
aliquot memoriale simpliciter sine signeto vel sigillis
visitatorum munitum / Etiam sine scripto / si necesse fuerit
possunt aliqui officiales ab officiis suis absolui et
alii institui / secundum qualitatem auctoritatis visitatoribus
tradite / et loci / ac personarum condicione seu disposicione

¶ Secundo et finaliter relinquenda est carta visitacionis
totius actus conclusiua · Sigillis visitatorum robora
ta / aut instrumento publico firmata · In qua princi
palia acomoda sublbreuitate sunt ponenda / non
ad culpam de se · sed ad penam obligatiua.

¶ Finita carta · et ipsa in capitulo coram tota congregacione ·
ab vno visitatorum perlecta · et per consequens Abbati et Con
uentui presentata · Ex humilitate et superhabundanti
visitatores · de sua insufficiencia Abbatem et congrega
cionem petere debent ut sibi ignoscant et indulge
ant · si quid verbo vel facto et exemplo in actu visitacionis
excessissent / Pari modo · si facta opera / dictis
correspondeant / et si veritas ita se habet / tunc
visitatores / debent commendare Abbatem et congre

7

gacionem de eorum humilitate et paciencia necnon de benigna
et reuerenti suscepcione / et pertractacione gratiarum refec
ciones.

¶ Et sic pro finali conclusione sancte reformacionis et
visitacionis actus / Senior visitatorum flexis
genibus in matta coram tota congregacione ·
dicit generalem confessionem / Et reliqui covisi
tatores vnacum congregacione respondent orationem
Misereatur tui etc. · Subiungunt visitatores et ·
congregacio · confessionem generalem etc. · Et qui flexit
genua Senior visitator · stando in loco suo
dicit · orationem Misereatur vestri · Indulgenciam et re
missionem etc. · Quibus finitis surgunt omnes ·
et visitatores abscedunt :